



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

1 Prima sit ex titulo: sit commendata secunda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

CAUSA XXI.



Reipresbyter cuiusdam ecclesie propositam alterius accepit, nec priorem vult relinquere: secularium quoque negotiorum procurator efficitur: clarus & fulgidus vestibus se exornans, ab Episcopo suo corrigitur, relicto officio suo ad secularium iudicem habet confugium.

- 1. Primum queritur, an clericus in duabus ecclesiis posse conferri.
- 2. Secundo, si unam voluerit relinquere, an liceat ei ad alteram transire.
- 3. Tertio, an procuraciones secularium negotiorum clericis liceas suscipere.
- 4. Quarto, an clarus & fulgidus vestibus ei ornari expedit.
- 5. Quinto, an ab Episcopo correptus suam officium relinquere, & ad secularium iudicem confugere valeat.

QVÆSTIO I.

In duabus ecclesiis aliquem commoveri posse, septima synodus prohibet, dicens, c. 15.

C. I. ¶ In duabus ecclesiis clericus conferri nullo modo debet.

Clericus a ab instanti tempore non connumeretur in duabus ecclesiis. Negotiationis enim hoc est, & turpis & lucri proprium, & ab ecclesiastica consuetudine genitus alienum. Audivimus enim ex ipsa Dominica e voce, quod nemo potest duobus Dominis servire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diligit: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Vnusquisque enim secundum Apostolicam d. vocem in quo vocatus est, in hoc debet manere, & in una locari ecclesia. Quis enim per turpe lucrum in ecclesiasticis rebus efficiuntur, aliena consistunt à Deo: ad vitam verò huius necessitate studia sunt diversa. Ex his ergo, qui voluerit, acquiritur corporis opportuna. Aut enim Apostolus: [Ad eam, quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ.] Et hæc quidem in hac à Deo servanda i urbe. Ceterum in villis, quæ foris sunt, propter inopiam hominum indulgeatur.

¶ Deo servanda] Antea legabatur in hac urbe servandum. Emendationem est ex Anastasi exemplaribus; Græci enim est, εἰς τὴν πόλιν καὶ ἐκτὸς τῆς πόλεως. Apud Iconem est, in hac servanda urbe.

¶ Villis] Græci est, ἡγεῖν, quod laicus patet. Significat enim sapa regione.

Sed dua ecclesia intelliguntur ecclesia duarum civitatum, in quibus nullus debet conferri.

C. II. ¶ De eodem. Unde in Chalcedonensi concilio, cap. 19.

Clericum in duarum ecclesiarum civitatum eodem tempore conferri non oportet. Sed si eorum nonnunquam Episcopus, civitatis unius, efficitur Archiepiscopus alterius civitatis, nec tamen priorem ecclesiam deserit: sed prior ecclesia, quasi commendata relinquatur, secunda, quasi titolata habetur.

C. III. ¶ In una ecclesia titularis, alteram sibi commendatam potest habere.

Unde Leo IV. scribit.

¶ Vi plures ecclesias retinet, unam quidem titulatam, aliam verò sub commendatione retinere debet.

a Anselm. lib. 7. cap. 98. lvo part. 6. c. 31. b al. commoda. c Mat. d. 1. Cor. 7. e Erm Aquil. c. 50. Burd. l. 2. c. 95. lvo p. 6. c. 173. f Agitur de hacre sup. dist. 70. sup. fin. & 16. qua. 7. per laicos.

C. IV. ¶ Duobus monasteriis unus Abbas prescribi non potest. Sic & illud Agathensis concilii c. 10. cap. 7. intelligendum est.

V. Nam & Abbatem duobus monasteriis pariter terdecimus. Potest etiam utriusque tanquam titulate c. presbi. sibi presbi. c. 1. non communi.

C. V. ¶ Unus Episcopus duabus prescribitur ecclesiis. Unde Gregorius lib. 2. epist. 13. sup. ad Agnellum Episcopum.

Relatio d. cleri simul & populi Tarracinenti non valde letificat, ob hoc quod de tua fraternitatis tua testatur. Et quia defuncto Petro Pontifice tuo cardinalem postulant consueti sacerdotem, eorum necessarium complenda esse præviamus. Igitur mentis intentione ita lucrum animarum desisto facere festinato, ut digna te merces ante eum spectum in die tributionis inveniat. Quidquid prædictæ rebus ecclesie, vel eius patrimonio, vel ordinatione, promotione, & omnibus generaliter cum pertinentibus soleret, atque canonice ordinata ceteris provideris, liberam habebis (quippe iudicis proprius) modis omnibus facultatem.

¶ Antea est sententia B. Gregorii ac Gratiani patrum. Hinc enim Agnellum, qui antea funderon erat Episcopus, ea civitas ab ipse esse vestata, Tarracina. Cardinalium quibus sacerdotem, ut in sequenti capite. De qua re notatum est dist. 71. cap. fraternitatem.

¶ Tarracinentis] Sic est appellatum ex verbis vulgari est, Tarracinentis gentis. In originaria Tarracina degenit.

C. VI.

¶ Illud quoque fraternitatem tuam scire debet, quoniam sic prædictæ Tarracinentis ecclesie nalem esse constitutum sacerdotem, ut & Tarracinentis Pontifex esse non desinas, nec cursus nemus, eius præterea: quia ita fraternitatem prædictæ Tarracinentis ecclesie, sicut præfati sumus, præcipimus, ut antedictæ Fundensis ecclesie, prætestatæ nullo modo subtrahatur.

¶ In versu codicibus hoc est consuetum superius prædictum in ipsa epistola. Et apud Anastasium. Non enim potest unus pro sedere, tanquam pindus, quam commendate, alteri verò tanquam titulate prescribitur.

QVÆSTIO II.

¶ Vi verò relicta sua ecclesia ab alio non possit, nequaquam sine dimissioni littera sua prescribitur.

C. I. ¶ Sine dimissioni littera in aliam ecclesiam clericus non ordinetur.

Unde in sexta synodo c. 17. Agitur.

¶ Quoniam diversarum ecclesiarum clericis, quibus ordinati sunt, ecclesias relinquunt, alios concurrunt Episcopos, & ignorantia, alii proprio in alienis constituuntur ecclesiis, alii gunt eos sine sui examinatione permatere, immo amodò, ut nullus clericorum omnium, in quo gradu sit, licentiam habet sine dimissioni sui Episcopi in altera conscribi ecclesia. Quia amodò non observaverit, ad opprobrium eius ordinaverit eum, deponatur, tam ipse, quam qui ratione susceperit.

a In concil. Epauen. c. 9. b Burd. l. 2. c. 100. c p. 6. c. 99. c al. titulate. d Anselm. l. 2. c. 173. e Anselm. l. 2. c. 173. f Et in 7. c. 17.